



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Tit. XX. De Crimine Falsi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

vocant, redditum, quos sacri Canones comprobant in c. 1, & 2 sub tit. De empt. & vendit. in Extra-  
vag. communib. cum quod ex parte emptoris non  
nudus tantummodo usus præstetur, sed pecunia  
tota quanta est transferatur: tum quod ex parte  
venditoris, qui pecunia sortem restituere non te-  
netur, sed ad libitum vero usui illam applicando,  
Id est, rebus commutandis, concurrente industria  
honestum quo stum facere potest, redditus veluti  
tradatur: quo merx quædam est, & per Pont.  
discretè computatur inter bona in mobilia in  
Clem. Exiru §. cumque annui redditus sub tis. De verb.  
signif.

¶ 2 Comminiscitur interim sacerdoti causas, qui-  
bus turpitudinem suam regere studet; tamquam  
si ratio id dicter, ut, cui beneficium mutuari p-  
ecunia impenditur, vicissim aliquid rependere de-  
beat; tamquam si concedendo pecuniam, non  
simplicem ipsius usum vendat, sed inter sursum &  
commodarem, prelio estimabilem, tam-  
quam si pecuniam concedendo sit in causa, ut vi-  
cissim sspè magnum quæstum faciat; tamquam  
denique nulli fiat injuria, si debitor, qui rerum  
suarum moderator est & arbitrus, ultrò aliquid  
pro usu sortis reddat. Sed sufficere ipsi debet,  
quod accepto beneficio mutuarius, juxta di-  
ctamen recta rationis, vicissim obligetur ad anti-  
dotam seu ad eadem humanitatis officia, l. Sed et § 2, 5  
§ consuluit D. De petit hered qui non tam sterili pe-  
cunia sibi concessa, aut ipsius commoditat, quo  
tantummodo causa sunt, ut vocant, sine qua non,  
quam suæ industriae acceptum ferre debet, si quid  
lucri accedit. Cujus etiam mutuarii consensus  
sive ultronea oblatio hic nihil potest operari, seu  
ex injusto facere justum, utpote qui per nequi-  
tiam & improbitatem morosi mutuatoris semper  
intelligitur extortus. Ut interim non dicamus,  
quod, ut excusatio in peccatis cesseret, jura subve-

niant mutuatori, si justum aliquod interesse vel  
damni emergentis vel lucri cessantis honesta ra-  
tione prætendere possit, a cap. In civitate & a cap.  
fin. vers. ratione hujus dubii h. t.

Superest nunc, ut, quoniam vitium hoc divi-  
no ac humano iure ronstat esse prohibitum, cap.  
Super eo 4, hoc tit. de pœnis ejusdem obiter aliquid  
dicamus. Et quamquam lex civilis haec in parte  
frigidior est, quippe quo usuras, si non tamquam  
naturam sua laudabiles, saleem tamquam media  
quædam, majoribus malis evitandis subservicio-  
cia permittat, l. Placuit D. & l. Eos Cod. De uir ju-  
ram Pontificium pro modo & qualitate delicii  
varias pœnas introduxit. Nam præterquam  
quod usurarii notentur infamia, can. Infames §. Por-  
ro xxxvi. q. 7, etiam lege civili, si legitimum mo-  
dum excedant, & usuras usurarum exigentibus  
infamia macula inuritur, l. Improbum fatus C. sub.  
item præterquam quod tam ipsi quam eorum br-  
edes etiam extranei cogantur restituere quo-  
rum scelere partem, cap. Tua nos 9, h. t. & quidem  
pauperibus, si non extent, à quibus fœnus accep-  
runt, cap. Cum tu 5, h. t. Si usurarii sint manifesti, id  
est, si fœnus exercitant in vulgo, seu publicè no-  
rum, & sacra communione privantur & Ecclesi-  
stica sepultura, nisi resipiscant, usuras restituant,  
vel saltē pro restituendis cautionem dent ido-  
neam, c. Quia in omnibus 3, d. ce Cum tu h. t. c. Quam-  
quam cod. in 6, ubi simul prohibetur sub intermis-  
sione, ne quisquam eorum oblationem reci-  
piat, & consequenter quod restamenta ab iis facti  
nullius sint valoris, nisi concurrat restitutio. Ut  
interim non omittamus, quod non solum à iure,  
sed etiam ab homine seu Juge pœna inflatur,  
qui Clericos hujus criminis eos ab officio suspen-  
dere potest ac deponere; laicos etiam excommuni-  
car, ut perterriti resipiscant, c. Prateres 7, b. it.  
can. Si quis 17, dist.

## IN TIT. XX. DE CRIMINE FALSI,

Canis. d. lib. III. tit. 39.

## S U M M A R I A.

1. Falsi crimen quis committere dicatur.
2. Quibus modis & à quibus committatur.
3. Pœna falsum committentium.

**C**rimen falsi committit, qui per dolosam  
veritatis imitationem falsum obtrudit, ut

proximum lœdat. Neque omne falsum seu vero  
contrarium hic punitur, sed illud dumtarat,  
quod dolo malo seu animo corrupte verita-  
tis in alterius injuriam committitur, l. Necessa-  
plum Cod. Ad L. Corn de falsis.

Committi autem potest varijs modis, dicto,  
scripto, facto, vel usu: nam nos solum illi redi-  
guuntur hic, qui falsas literas vel instrumenta,

five per rasuras & litus, five alio quocumque modo conficiunt & utuantur, cap. Ad falsorum 7. & cap. Ex conscientia ult. h. tit. nec solum illi, qui falso perfuerant testimonium, tribus, ut ait Pont. personis obnoxii sunt, Deo, qui vocatus in testem illuditur; Iudici, qui mendaciis decipitur; proximo innocent, qui falso testimonio laeditur, cap 1, h. tit. sed etiam illi, qui falsam monetam cunctu, vel numeros arrodant, vel tale quid, quando possunt, non impediunt, l. Quicunque & l. Legge D. Ad L. Corn. de falso qui falsas mensuras faciunt, vel jactant utuntur, l. Qui falsum D. eod qui testamento vivorum surripiunt, aperiunt, delente, vel produnt, l. 1, §. is qui D. eod item qui falso culum honoris aut ordinis sibi sumunt, l. Eos D. eod. aut etiam edicta publica corrumpunt, l. pensit. D. eod.

Hi omnes, sicut & alii quidam, uti passim vide est in toto cit. D. & Cod. Ad L. Corn. de falso præterquam quod tam ipsi quam eorum habentes obligent ad turpia lucra reddenda, l. Cum falsi D. eod l. Lucius D. Dejure fisi. Jure civili acriter puniuntur; quamquam subinde pro qualitate delicti & personarum paulo benignius: cum incertum pena ordinaria legis Corn. in sevis sit ultimum supplicium, in liberis hominibus deportatio & bonorum omnium publicatio, l. 1, §. pena falsi D. eod. At vero Ius Pontificium eos, qui circa literas Pontificias falsum committunt, statim excommunicat: deinde laicos à sacrae iudice puniendos relinquit, Clericos confessim, id est, non expectata emendatione, quæ tamen alias semper expectari solet, c. Cum non ab homine 10, sup. De ju-

dic. beneficiis spoliatos & ab ordine depositos, ut secundum leges civiles puniantur, eidem Juridi tradit, d. cap. Ad falsorum h. tit. ubi interea sub finem additur, quod malitia semper acrius quam negligentia vel ignorantia puniri debeat. Nec solum qui falso committrit, sed & qui uitetur, aut usu falsas literas penes se per viginti dies continuos detinet, excommunicatur, à solo Pontifice absolvendus, cap. Dura 4, § abiciens h. tit.

Præsertim si non sunt literæ seu rescripta, ut vocant, justitez vel ad lites, quibus nimis Post. vel Judicem dat appellantibus, vel super dubio juris responder, quod circa illas, quia levius negotio impetrantur, nemo faciliter presumatur falso committere: & proinde etiam detecta falso, si impetrans illis utri desinat, nec beneficio nec officio privatur, text est in cap. Accedens h. tit. Porro si Clericus Regiis literis falso inserat, deponitur, & accepto in fronte stigmate seu cauterio, mittitur in exilium, cap. Ad audientiam h. tit. Denique si literas inferioris Prelati viriet, aut falso testimonium dicat, depositus concluditur in monasterio, ut laica tantummodo communione contentus pœnitentiam agat, can. Si Episcopus 50, dist. Idem judicium erit de aliis speciebus falsi, eo quod in d. cap. Cum non ab homine crimen hoc computetur iacet graviora; nisi forte pro qualitate circumstantiarum arbitrium Judicis aliud statuat, c. Cum olim magister 23, sup. De offic. Iud. deleg. d. cap. Ad falsorum, ubi vel ob solam ignorantiam falso Pontificis quamvis sera pœnitentia ducet punitur; id quod pro terrorre exempli perniciosi est introductum.

## IN TIT. XXI. DE SORTILEGIIS.

Canis, lib. III, tit. 16.

## S U M M A R I A.

1. Ratio continuationis.
2. Sors & ius sortis indifferentes.
3. Sortilegium quid.
4. Sortilegi species varia, & Sortilegi qui dicuntur.
5. Crimen hoc quomodo & a quo puniatur.

<sup>1</sup> Sortilegium, quia superstitionem continet & Sidololatriam, religioni repugnat, ac proinde cum primis vitiis censeri debuisset. Ratio tamen,

cur hic interseratur, reddi potest, quod cum falso magnum habeat affinitatem, propterea quod sortilegus sub praetextu pietatis & fidet religionis nequitiam suam exercet, can. Sortilegi xxvi. qu. 1.

Sed quo pacto dicet aliquis, cum fors & usus sortis sit actus adiaphorus & indifferentes, saltem natura sua non malus? can. Sors non aliquid mali est xvi. qu. 2, quid enim, dum id aliter commode fieri non potest, si per sortem sit aliquid dividendum aut dirimendum, ut controversia sopiaatur? l. Si duobus C. Communia de legat. & fideicom. l. In tribus D. De iudic. Ea ratione in Actis Apostolorum,

Vyy

Eccle-